



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 27. De loco baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

modo imaginem, sed ritum etiam ipsum expressum intueri possumus: quandoquidē Author antiquitat. liturgicar. tom. 3. de vigil. Pentecost. à Belgis adhuc retin. eri, testatur.

De loco Baptismi.

C A P. XXVII.

Quamvis ea, quae de baptisteriis ante diximus, ad baptismi locum cognoscendum satis esse possint, tamen de eo plura hoc loco agere, in animum induximus, ut accuratiorem explanationem perfectior cognitio consequatur. neque enim desunt libri, & monum- Baptismi
ta, ex quibus facile est huius rei veritatem de- locus in
promere. In primis autem constat, baptismi Ecclesia,
sacramentum in Ecclesia semper administra-
tum fuisse, nam Socrates lib. 7. Histor. Eccles.
cap. 4. Hebraum quendam, qui ex graui, diu-
tinoque morbo iacebat morti proximus, ad
baptisterium, quod in Ecclesia erat, baptismi
causa delatum esse, docet his verbis: ille igitur
Iudæum fidei articulis instituens, & spem in Christum ei annuncians, iubet ad baptisterium in leculo deportari. & Amphilochius de vit. S. Basil. re-
ferr, ipsum, cum Hebraum medicum è fau-
cibus dæmonis eruptum, Christi regno vindici-
catus esset, Ecclesiastici moris obseruandi
cupidum, quamvis diffici, longaque febri
teneretur, ac curatio ad gravioris incommodi
suetum, quam ad yllam bonam spem prouior

L. ij

164 De antiquis Bapt. rit. ac Cær.

Baptizabatur olim
populo. p. a se te
in ade
quaque
aliena
cas Ecc
tur. si
sernatur,
Confi
dem
esse, i
mona
quit;
re mi
sabb.
sunt,
posse re
Ecclesie
matri
consu
optim
viola
nec fa
& Co
gens
nato
Eccle
respo
ijici p
mum
vita S
in Ch
bat in
Apof

Mulieres
nudæ ba
ptizabatur

erit, venit in antam Ecclesiam, & sub aperte
tius populi baptizantur eum. nulla autem causa
Basilio, præterum in extremo vita discernit
constituto, ad Ecclesiam proficisciendi sufficiens
nisi id Ecclesiæ consuetudo, & SS. Patrum de
creta postulassem. Præterea S. Ioannes Christi
fostomus Epist. ad Innocent. Pap. quæ invi
cius a Palladio scripta inserta est, dolenter ca
ponenstumultum, quem Theophilus Alexa
ndriæ Episcopus, male de Ecclesia sentiens, im
potenti dominandi libidine, cōtra ipsum ut
piter excitarat mulieres, quæ baptismi cauſam
Ecclesiam confluxerant, pudicitiae periculum
subiuisse, tradit his verbis: mulieres, quæ in
Ecclesiam, ut baptizarentur, se vestes nudarunt
per id temporis nudæ fugiebant, &c quod, et si su
gulare exemplum est, ex quo vniuersalem Ecclesie
morem probari, nemo fatetur; multum
tamen ad fidem faciendam valere, certum est
quoniam innumeræ mulieres, & viri tunc tem
poris in Ecclesia baptismo donandi erant: vi
non vnius, sed plurium exemplorum locum
obtinere videatur, exempla vero multiplicata
magnam probandi vim habere, omnes scunt
principiè si Conciliorum placitis congruant:
vt in re presenti contingi: Etenim Synod
Constantinopolitanæ sextæ Partes can. 59. vi
baptizandi in Ecclesiis consuetudinem, quæ
nonnullis violari videbatur, suis institutis sta
bilirent, clericos, qui in priuatis cibis bapti
mum conferre ausi fuissent, depositione, laic
cos vero segregatione multari, statuerunt;

in ade oratoria, qua est intia domum, baptismus ne-
ququam peragatur: sed, qui ab omnibus sordibus
aliena illuminatione digni habendi sunt, ad catholi-
cas Ecclesias accedant, & hoc illic munere perfrauen-
tur. si quis autem, quia a nobis constituta sunt, non
seruare coniunctus fuerit, si sit quidem clericus, depo-
natur, si autem laicus, segregetur. Et in Concilio
Constantinopolitano quinto legimus, eius-
dem culpe affinae a piorum societate seclusos
esse, ita enim libellus, quem Actione quarta
monachi Mennae Patriarchæ detulerunt, in-
quit: eis, qui per domum baptizant, exerce fornicari. Qua-
re mirandam non est, si Ordo Romanus tunc de
sabbato sancto, in die iis, qui vitali fonte abluendi
sunt, præcipiat, ut in Ecclesiam conueniant:
post terram, inquit, horam sabbati procedant ad
Ecclesiam, qui baptizandi sunt, cum patrinis &
matribus. Siquidem ad vulgarem sui temporis
consuetudinem respexit: quam, ut a maioribus
optimè seruatam esse, norat: sic a posteris in-
uiolatè custodiri, è re Christiana arbitrabatur.
nec fecellit eum opinio: cùm innumeri Patres,
& Concilia idem sepius incularint: nullaque
gens tam exuta veterem disciplinam sit, quæ
natos infantes ad suscipiendum baptismum in
Ecclesiam deferendos non curet. Restat, ut iis
respondeam, que a sacrorum euerisoribus ob-
ijici possunt: velut si quis affirmet, olim baptismum
vbique celebrati solitum esse, quod in
vita S. Apollinaris scriptum sit: iis autem qui iam
in Christum credebant, Missas, & baptismata facie-
bat in domo Tribunorum discipulis suis, quasi vero
Apostolorum tempore, quo S. Apollinaris vi-

L. iii

Ecclesia in
priuatis
domibus.
Illumina-
tio, hoc est
baptismus.

Clerici ex-
tra Ecclesia
baptizates
loco suo
moueban-
tur.
Baptizates
extra Ec-
clesiam, 2-
nathema-
tis cu pç
obnoxij
orant.
Consuetudo
baptizandi
in Ecclesia
vbique ser-
uatur.

tam egit, non alia quoque multa necessitatis causa fierent, quæ sequentibus seculis paulo modum desierunt. Ut enim à S. Ambroze præclare dictum est, principio, cum Dei Ecclesia surgeret, nondum sacræ aedes erectorant, in quibus sacramenta solennibus ceremonijs ministrari possent. Sed, adulta in Christi religione, passim Ecclesiarū aedifici fuerunt, quas celebrando baptismo decerni conueniens, visum est. Atque ita ceteris omnibus locis, quæ primos fidei doctores ex Ecclesiam Sacrae Scripturæ baptismo abluisse demonstrant, satis posse fieri, existimo. quod quibus hæc interpretatio non congruit, cave de supremo vitæ periculo intelligenda sum: cum mors paulo post affutura longiore remaneret, cuius multa exempla sunt in SS. Patribus: vel de Episcopi licencia facta esse, existimandum est: sicut in Concilio Constantinopolitano sexto can. 31. videmus. Aliasne Principibus quidem, vel Regibus extra Ecclesiam baptizari licebat. qualne in dubium vocari possit, tria exempla proferam ex veteri historia. primum nobis suppositat Marci gazensis Diaconi Epistola apud Baronium tom. 5. annal. ad ann. Chri. 401. qua de Theodosij Iunioris baptismo hæc habentur: baptizato Iuniori Theodosio, & ab Ecclesia egrediendo in palatium, licebat rursus intueri decorum, qui preerant multitudini, &c. secundum legere possumus apud Hincmarum Rhemensium Archiepiscopum de vita S. Remigii vbi Ingomirum Clodouei Gallorum Regis filium

Ecclesiæ
quando co-
perint adi-
ficari.

Principes
quoque in
Ecclesia
baptiza-
bantur.

cœlesti fonte in Ecclesia lustratum esse, mentio est: *Regina, inquit, parat filium ad baptismum, ornat Ecclesiam velis, atque cortinis.* Tertij vero idem Hiuncmarus ibidem author est, qui, ipsum Clodoueum non multo post, communem mortalitatis noxam vitalibus aquis expiasse, refert his verbis: *interea eundi via ad baptisterium e domo regia preparatur, velis, & cortinis depictis ex vira que parte pretenditur, & dejeper ad umbratur, placeas sternuntur, Ecclesia componitur baptisterium, &c.* Verum hæc consuetudo deinceps immutata est: datumque honoris, & priuilegij loco, ut Principibus, & Regibus suos filios domi baptizare, fas esset, quod & à Clemente V. concessum fuit tit. 15. de baptis. & eius effec. cum ait: *presenti prohibemus editio, ne quis de cetero in aulis, vel cameris; aut aliis pri- natis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos (nisi Regum, vel Principum, quibus valeat hoc in casu de- ferri, liberi extiterint) audeat baptizare:* & à Concilio Colonensi confirmatum cap. 15. vbi in Ecclesiis baptizandi ritum cæteris omnibus præcipiens, Regum filios excipit hoc pacto: *statuimus, neminem alibi, quam in Ecclesia, quo- cumque loco natus sit, debere baptizari: exceptis Re- gum filiis, &c.* nuncque etiam ab Ecclesiæ cul- toribus diligentissimè seruatur.

L iiii